

TITUS MACCIUS PLAUTUS



Anno fortasse CCLIV Sarsinae, parvo in Umbriae oppido, humili loco natus est. Pecuniam quandam operis artificum scaenicorum comparavit, sed eam postea omnino in mercatibus perdidit. Tum operam locavit in pistrino ad circumagendas molas. CXXX comoediae ei antiquis temporibus adscribentur, ex quibus XXI Varro ille Reatinus veras comoedias Plautinas elegit. Ad nos vero XX pervenerunt (duae autem quodam modo corruptae): *Amphitruo*, *Asinaria*, *Aulularia*, *Captivi*, *Curculio*, *Casina*, *Cistellaria* (cor.), *Epidicus*, *Bacchides*, *Mostellaria*, *Menaechmi*, *Miles Gloriosus*, *Mercator*, *Pseudolus*, *Poenulus*, *Persa*, *Rudens*, *Stichus*, *Trinummus*, *Truculentus*, *Vidularia* (cor.).

Maximi fortasse momenti sunt comoediae:

Amphitruo – qui optimum exemplum *hilarotragoediae* est.

Captivi – qui a reliquis eo differunt, quod animi sensus molliores ac suaviore ostendunt et salibus ac facetiis minus abundant. Quam fabulam imitavit postea Ludovicus Ariostus (Ludovico Ariosto, 1474-1533), poeta Italus in opere, cui nomen est *I suppositi*; et Calderon (Pedro Calderón de la Barca, 1600-1681), scriptor Hispanus, in fabula scaenica, cui titulus est *El príncipe constante*.

Menaechmi – etiam multos imitatores apud Italos, Gallos et Britannos recentioribus aetatibus invenerunt. Vide e. g. William Shakespeare, *The Comedy of Errors*.

Epidicus – Epidici cuiusdam callidissimi servi fallaciae ac fraudes aguntur – quam fabulam Plautus ipse „*aeque ac se ipsum amare*“ quodam loco testatur.

Truculentus – in quo meretrix quaedam avarissima primas agit partes.

Pseudolus – quod nomen est servi omnium fraudium peritissimi.

et ita porro...

Longum est omnium Plauti fabularum singillatim argumenta tangere neque profecto operae est pretium, praesertim cum haud multum inter se dissimilia sint. Nam in omnibus, si perpaucas excipias, eadem fere hominum ingenia, easdem fere res et vices invenias. Haec a Graecorum **comoedia nova** Plautus sumpsit, ita tamen, ut plurima ipse a se promeret atque fingeret. Tantam Plautus in ea argumenta festivitatem, tantam iocandi copiam ac facultatem, tantam alacritatem infundit, tantam in sermonibus elegantiam adhibuit, tam opportunam in alienis comoediis imitandis libertatem ac varietatem sibi assumpsit, ut etiamsi optima optimorum poetarum huius generis opera exstarent, ille non solum nullum detrimentum acciperet, sed etiam multum in aestimatione proficeret.

In pingendis enim hominum moribus fuit Plautus summis poetis aequandus: nam et callidi servi et amantis ephebi et parasiti scurrilis, otiosi, gloriosi, adsentatoris et senis morosi, importuni, inaniter operosi imagines optime repraesentavit et interdum per rerum vel novitatem vel discrepantiam vim comicam auxit et omnia sale facetiisque adpersit. Adde etiam paucas alias imagines, ut meretricis imprudentis et avidae, ut sordidi avari, ut patris qui facillime decipiatur: en totam fere hominum habebis societatem in Plautinis fabulis agentem.

Apud Quintilianum (10, 1, 99) scriptum legimus Varronem Aelii Stilonis sententia dixisse „*Musas Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent.*“

Mortuus est Plautus a. CLXXXIV a. Ch. n.

PUBLIUS TERENTIUS AFER



Terentius utrum anno CXCIV an CLXXXV natus sit, parum constat. Eius vitam Suetonius scripsit (*Vita Terentii*). Natus vero est Carthagine (hac de causa *Afer*), Romae servivit Terentio Lucano senatori. A quo ob ingenium et formam non modo liberaliter institutus, sed etiam mature manumissus sive liberatus est. Amicus fuit Scipionis Africani et Gai Laelii. Scripsit sex comoedias, quae nobis praesto sunt: *Andria*, *Adelphoe*, *Eunuchus*, *Heautontimoroumenos*, *Hecyra*, *Phormio*.

Post editas comoedias, nondum quintum atque tricesimum egressus annum, Graeciam petivit neque amplius rediit. Minime certum est, quid in Graecia fecerit quoque modo mortuus sit.

Andria – prima Terentii comoedia; quam Terentius e Menandri *Andria* convertit, ita tamen, ut cum aliqua scaena alterius eiusdem Graeci poetae comoediae, quae *Perinthia* inscripta fuit, contaminaverit.

Hecyra – Latine *Socrus* (et masculini et feminini generis, hic vero feminini). Ab Apollodoro Carystio verisimillime conversam scripsit.

Heautontimoroumenos – i. e. *Sui ipsius punitor*; Comoedia e Menandro conversa est.

Eunuchus – item e Menandro conversus.

Phormio – comoedia ex Apollodoro Carystio conversa.

Adelphoe – item e Menandro.

Plus comicae virtutis, plus novitatis et festivitatis et eloquentiae et vehementiae apud Plautum; at apud Terentium maiorem in animi sensibus dulcibus ac suavibus explicandis diligentiam atque felicitatem, maiorem in meretricibus quoque verecundiam, maiorem in omnibus personis honestatem invenias. Neque enim hic patres familias in tantam morum pravitatem dilabi, ut in Plauti comoediis, videmus, neque servos tot tantisque fraudibus intentos, neque filios tam patribus matribusque infensos, neque alias huius modi illecebras.

Terentius etiam Plauto multo est diligentior in Graecos convertendo.

LOCUTIONES

Paucis te volo.	Na slovíčko, prosím! Chci s tebou krátce promluvit.
Mihi hoc molestum est	To mě otravuje/obtěžuje.
Quid opus est verbis?	Proč o tom (zbytečně) mluvit? Netřeba slov.
Quid multis moror?	Co bych o tom déle mluvil? Proč se tím dále zdržovat?
Sine meo me vivere modo!	Nech mě žít si po svém! Nech mě na pokoji.
Manibus pedibusque obnixe omnia facit. Conatur manibus et pedibus.	Vše dělá horlivě a s veškerým nasazením. Snaží se ze všech sil.
Bona verba, quaeso.	Mluv slušně, prosím.
Pereo funditus.	Jsem zcela zničen.
Abi in malam crucem (in malam rem)!	Jdi do háje!
Non recte accipis.	Nerozumíš tomu správně.
Spes me frustrata est.	Naděje mě opustila.
Quid sibi vult...?	Co znamená...?
Potin es (= potesne) mihi verum dicere? Vin (= visne) me comitare? Scin (= scisne) nomen eius? Audin (=audisne) aves canentes?	Můžeš mi říci pravdu? Chceš mě doprovodit? Víš, jak se jmenuje? Slyšíš, jak zpívají ptáci?
Uxore opus est.	Potřebuje (potřebuji, potřebuješ...) manželku.
Quid hoc rei est?	Co je tohle za věc?
Inventum est falsum.	Je to lživý výmysl.
Illud mihi multo maximum est.	To je pro mě zdaleka největší.
Merito te semper maximi feci.	Vždy jsem si tě zaslouženě velice vážil.
Tempus est promissa perfici.	Je čas plnit sliby.
Praeter spem evenit.	Stalo se nečekaně. Stalo se, aniž bych (bys; by...) to očekával.
Nihil ad te (me; nos; vos...).	To se tě netýká (mě, nás, vás...).
Quid tu? Quo hinc te agis?	Co ty? Kam odtud teď míříš?
Mihi impedimento estis.	Překážíte mi.
Iam hic adero.	Jsem tu hned.
Quid istuc, obsecro, est?	What the hell is this?
Move te ocius.	Pohni sebou.
Deliras?	Jsi normální?
Tu non es sobrius.	Že ty nejsi střízlivý?
Per tempus advenis. In tempore ipso mihi advenis.	Přicházíš právě včas.
Arrige aures!	Nastraž uši! Dobře poslouchej!
Vix sum apud me.	Stěží jsem při smyslech.
Ex ipsa millies audivi.	Už jsem to od ní slyšel tisíckrát.
Recte admones.	Máš pravdu.
Abi tuam viam.	Jdi si svou cestou.
Animo relictum frigida (sc. aqua) spargere.	Pokropit vodou člověka v bezvědomí.
Cum caletur maxime.	Když je veliké horko.
Pedibus it.	Jde pěšky.
Caput ei imminuit.	Rozbil mu hlavu.
Aures eius obtundit.	Obtěžuje ho žvaněním.
Rem extremis digitulis attingit.	Dotýká se věci jen zlehýnka.
Hic vigilans somniat.	Sní v bdělém stavu.
Risum aegre continet.	Sotva se udrží smíchy.
Homo maximi pretii.	VIP, veledůležitý člověk.
Id in me recipio, iam quiesce.	Buď v klidu, beru to na sebe.
Omni gaudio explevit animum meum.	Naplnila mé srdce vši radostí.
Mores deteriores increbrescunt in dies.	Morálka je den ode dne horší.
Maledictis eum onerat.	Nadává mu. Zahrnuje ho nadávkami.
Animo et cogitatione alio se convertit.	Upírá svou mysl na něco jiného.
Veritas odium parit.	Pravda rodí nenávisť.
Nisi me fallit animus.	Pokud se nepletu.
Nec caput nec pes sermonis apparet.	Řeč nemá hlavu ani patu.

Dictis facta suppetunt.	Slovům odpovídají činy.
Fores ei obtrudit.	Přirazí mu dveře před nosem.
Ductim bibit.	Pije na ex.
Vocat eum convivam.	Zve ho/ji na večeři.
Quid tibi mecum est commercii?	Co máš se mnou do činění? Co spolu máme? :)
Bene ambula et redambula!	Šťastnou cestu a bezpečný návrat!
Mercatur grandi pecunia.	Kupuje za hodně peněz.
Emit pecunia praesenti.	Kupuje za hotové.
Quibus hic pretiis porci veneunt?	Za jaké ceny se zde prodávají prasata?
Id extra pretium est.	Má to nevyčíslitelnou cenu.
Linguam eius mercede adstringit.	Zavírá mu ústa úplatkem.
Testis oculatus.	Očitý svědek.
Testis auritus.	Svědék, který svědčí o tom, co slyšel.
Satis supplicii de illo sumpsimus.	Potrestali jsme ho dostatečně.